

Doplňková cvičení k 12. lekci

1. Doplňte sloveso ve správném tvaru

1. Bestiae e silva, quae ab agricolis (*incendere*) _____, celeriter fugiebant.
2. Id quod (*audire, ego*) _____, tibi nuntiabo.
3. Cum id (*videre*) _____, gaudent.
4. Amicus, cum in urbem (*venire*) _____, mecum loquitur.
5. Ab Augusto templa, quae bellis civilibus (*diruere*) _____, restituta sunt.
6. Caesar agros, quos Germani (*tenere*) _____, Gallis dedit.
7. Ea quae (*dicere*) _____, vera sunt.
8. Si castra vallo et fossa (*munire*) _____, facile hostes fugabitis.
9. Cum exercitus noster hostes vincere non (*posse*) _____, duces ad eos legatos miserunt, ut pacem (*petere*) _____.
10. Cicero multos sermones, quos ante (*habere*) _____, scripsit.
11. Facile omnes, cum sani (*esse, nos*) _____, aegrotis praecepta damus.
12. Si (*posse, illi*) _____, ad nos epistulas longissimas mittebant.
13. Cum beneficia (*accipere, nos*) _____, valde gaudemus.

2. Přeložte následující věty a doplňte odpověď

1. Num quis Pisoni est adsensus? (Cic., Att., 16, 7, 7)
2. Num quid simile populus Romanus audierat aut viderat? (Cic., Lael., 41, 62)
3. Utrum hoc est confirmare militum animos an debilitare uirtutem? (Cic., Phil., 5, 4)
4. Num quis eo testamento, quod pater familias ante fecit quam ei filius natus est, hereditatem petit? (Cic., De orat., 1, 241)
5. 'Quid? totam domum num quis alter praeter te regit?' (Cic., rep., 1, 61)
6. Num quis horum miser hodie (est)? (Cic., Tusc., 1, 37)
7. Utrum hoc bellum non est, an est tantum bellum quantum numquam fuit? (Cic., Phil., 8, 7)
8. Num quis nostrum miratur si solis effigiem in aliquo fonte aut placido lacu uidit? (Sen., nat., 1, 11)
9. Utrum hoc tantum crimen praetermittes an obicies? (Cic., Div. in Caec., 31, 16)
10. Nonne multa mei testes quae tu scis nesciunt? (Cic., Verr. II, 2, 24)

11. Isti laudatores tui nonne testes mei sunt? (Cic., Verr. II, 4, 19)
12. Quid? D. Brutum nonne omnibus sententiis semper ornavi? (Cic., Phil., 11, 36)
13. Nonne cernitis ex uno fonte omnia scelera manare? (Cic., Phil. 13, 36)
14. Lacrimae nonne te nostrae movent? (Sen., Phaedr., 880)
15. Potestne in tam divorsis (= diversis) mentibus pax aut amicitia esse? (Sall., Iug., 31, 24)
16. Num quis igitur quicquam decernit invitus? (Cic., Tusc., 3, 27)
17. Estne hoc illi dicto atque facto simillimum? (Cic., S. Rosc., 34,14)
18. Utrum hostem an vos an fortunam utriusque populi ignoratis? (Liv. 21, 10, 6)